

Sem. II.

MDCCLXXVII.

1827

Neunirech.

De vestibus Romanorum.

Antiquissimis temporibus Romani nec
 alia veste utebantur, nisi toga;^a quocirca,
 illos hanc (domi quoque gestasse), ultro appa-
 ret. Terum haec non eadem erat forma, qua
 ea, quam serioribus temporibus gestabant,
 et de qua infra plura dicemus, sed arcta, ma-
 nusque tegebat.^b Postea vero propriam vestem do-
 mesticam gestare coeperunt, quae qualis fuerit, quia
 nusquam eius descriptio reperitur, certo iudicari
 non potest. Sed quoniam satis notum est, Roma-
 nos etiam tunicam (domi gestare solitos esse,
 fortasse conici licet, utramque eandem fuis-
 se. Tunica vestis interior erat, ex alba lana
 facta, quam Romani posterioribus tempori-
 bus, cum prodibant in publicum, sub toga indu-
 tam habere solebant. Haec paulum infra genua
 porrigebatur, initioque manicis carebat.^c At po-
 stea

a, Gell. III, 13.

b, Quinct. XI, 3, 138.

c, Suet. Aug. 73, Tit. 8; Cic. de Sen. II, 24.

d, Quinct. ibid.

stae tunicae non solum manicatae, sed etiam ad ma-
nus fimbriatae erant, quem morem primus Ful-
tius Caesar inducit.⁶ Praeterea tunica, circumcirca
clausa, cingulo sive zona, quae marsupium sive cre-
menae loco erat, cingebatur.⁷ Tamen tamen discin-
tis (regere) solebant Romani.⁸ Hiems plures tuni-
cas interdum gestabant.⁹ Sub tunica etiam aliud
seguementum laneum, quod indusium vel subucula,
a recentioribus, imprimis Tertulliano,¹⁰ interula
appellabatur, habebant.¹¹ Vestibus linteis sub Em-
peratoribus domum frequentius uti coeperunt.¹²

Cum vero in forum vel omnino in publicum
prodituri erant cives Romani, toga amiciebantur,
quae vestis propria erat Romanorum, quemad-
modum pallium Graecorum,¹³ quocirca Romani

gens
e, Ting. Ann. IX, 616; Cic. Cat. II, 10; Suet. Jul. 45.
f, Suet. Tib. 16; Gell. XV, 2; Flor. Epist. II, 2, 40.
g, Flor. Hist. II, 1, 49. — h, Suet. Aug. 82.
i, Toss. de vitis serm. Lat. III, 16.
k, Suet. ibid. Flor. Epist. I, 1, 95; Non. Indusium est vestimentum,
quod corpori intra plurimas vestes adhaeret, quasi in-
tusium.
l, Plin. Praef. — m, Suet. Aug. 98.

31
gens togata vel togati, sicut Graeci palliati, appella-
bantur.¹⁴ Neque ulli, nisi civi Romano, togam ge-
stare licebat, et caeteri eius usus interdicebatur.¹⁵
Unde toga pro dignitate Romani ab Horatio poni-
tur.¹⁶ Toga, secundum Nonium (dicta a togendo, quod
corpus tegeret, vestimentum erat rotundum,
laeum, fluitans, mediis cruribus termina-
tum, ab imo clausum, superne vero ad iunctu-
ram usque apertum et manicis carens, ut caput
et humerus dea ter cum brachio emineret.
Sinistra autem manu attollebant imam par-
tem, quae, in plurimas rugas collecta, sinistro
brachio incumbebat, qua re sinus, in quo variae
res portari poterant,¹⁷ fiebat.¹⁸ Praeterea lacinia,
sinistrae togae parte, etiam facies et caput ob-
tegi poterat.¹⁹ Color togae plerumque albus erat,
ut forma eius non semper eadem, sed alio tem-
poribus alia. In convivis (dittiones Romani, toga
cauta), aliam inducebant vestem, quae synthesis
(dit-
ns, Tac. Hist. II, 20; Cic. pro Rose. Am. 46; in Terr. I, 29; II, 62;
De Orat. I, 24; III, 11; Ting. Ann. I, 282; Suet. Aug. 40.
o, Plin. Ep. II, 11. — p, Flor. Od. III, 5, 10. — q, Gell. II, 18.
r, cf. Quinct. XI, 3, 138-140 et V. Schol. Pers. V, 14. Curia de hac
re disputavit Octav. Ferrarius, ab. Kuberius, quorum opera
in Graecii Thes. inveniuntur, ab F. G. Gronovio.

dicebatur, ⁴ quamque toto Saturnalium tempore, quid-
tum perpetuo celebrabant convivium, gestabant, ⁵
Imperatorum temporibus togarum, quae eo usque
maximum Romanorum ornamentum fuerant,
gestandarum mos obsolevit, neque eae, nisi a
clientibus, cum patronis suis officium facie-
bant, atque ab oratoribus usurpabantur. ⁶

Sub interitum libertatis rei publicae Romani
supra togam lacernam gestabant, quae, a fronte
aperta, fibulis, quibus omnia fere vestimento-
rum genera praeter togam constringebant, con-
nectebatur. ⁷ Haec lacerna (censa ac villosa, cucullo,
quo caput humerique tegerentur, praedita, ⁸ praecipue
in spectaculis, ut contra tempestatem se defenderent,
utebantur. ⁹ Cum adveniebat Imperator, lacernam

1, Liv. VIII, 9; Suet. Jul. 82.

2, Mart. II, 46; IV, 66; V, 30.

3, Mart. XIV, 1. Synthesibus cum gaudet eques (dominusque) senatus,
Senec. Epist. 12.

4, Mart. I, 109; Suet. Aug. 69; Senec. de Const. 9; Tac. Ann. XI, 7.

5, Mart. XII, 137; Lucan. IV, 28; IX, 29. Ovid. Met. VIII, 318; Virg. Aen. II, 399.

6, Lucan. II, 118 & 329.

7, Mart. XIV, 137.

32
deponere solebant. ¹⁰ Ab initio ea in castris tantum
gestabatur. ¹¹ Cum toga bellis civilibus obsolescere
cepiisset, lacerna, quae plerumque nigro colore
erat, tam frequenter usurpabatur, ut Augustus
quondam, visa pro concione pullatorum, i. e. lacer-
natorum, turba, indignabundus et Camitans Virgi-
lii versum ¹² proferret: En

Romanos, rerum dominos, gentemque togatam,
abdilibusque negotium daret, ne quem posthac
in foro circove, nisi positus lacernis, togatum
consistere paterentur. ¹³

Lacernae similis erat laena, quam Graeci
vocant λαίνας, unde, una litera abiecte, fit
laena. Ita Festus explicat hoc vocabulum, quod
Varro, ¹⁴ qui linguam Graecam in aetymologia
minus respicere solet, a lana deducit. Ser-
vius ¹⁵ narrat, laenam proprie fuisse togam

1, Suet. Claud. 6.

2, Ovid. II, 746; Prop. III, 10, 7; Patere. II, 80.

3, Aen. I, 282.

4, Suet. Aug. 40.

5, de Ling. Lat. II, 30.

6, ad Virg. Aen. II, 262.

Duplicem, amictum auguralem. S. Nonius contra affirmat, lacenam fuisse vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Ex pluribus tamen scriptorum veterum locis intelligitur, eam non tantum a sacerdotibus et militibus usurpata esse, sed ab aliis hominibus, praecipue hieme in caenis et balneis, tunicae superiniectam, neque eius colorem semper eundem fuisse.⁴¹

Aliud vestimenti genus, sed et ipsum lacernae simile, erat paenula, quae, capitis praedita⁴² et tunicae superinduta⁴³, tam in urbe, quam praecipue in itineribus et castris⁴⁴ ad arcendam a corpore pluviam⁴⁵ gestabatur. Haec vel e lana, vel e pelle facta erat; unde interdum scortea

Di-
 g. cf. Cic. Brut. 14. — h, Pers. I, 32, Juven. III, 283.
 i, Plin. Hist. nat. XXIV, 13. — n, Suet. Ner. 48.
 l, Suet. Cal. 52.
 m, Juven. V, 78; Cic. pro Scaev. 38, pro Mil. 20, ad Att. VIII, 32.
 n, Quinct. II, 3, 66: Galba paenulam roganti respondit. Non pluit, non opus est tibi; si pluit, ipse utar.

Dicebatur.⁴⁶

Sagum, lanceum vestimentum militare, quod a fronte apertum, aliis vestibus superinieciatur et fibulis connectebatur, omnes, cum respublica in periculo erat, praeter viros consulares etiam in urbe gestabant.⁴⁷ Tacitus Germanis quoque sagum tribuit.⁴⁸ Nec vero haec vestis militum tantum erat, sed etiam iter facientium.⁴⁹ Imperatoris sagum paludamentum appellabatur.⁵⁰ Ceterum tamen constat, etiam aliorum, qui non imperatores essent, vestem militarem (victam esse paludamentum,⁵¹ imo a muliere gestatum esse).⁵²

Magistratus iidem utebantur vestibus, nisi quod eorum toga limbo purpureo, unde praefata dicebatur, circumdata erat.⁵³

o, Mart. XII, 130: Ingrédiane viam coelo licet Nec usque sereno, ad subitas nusquam scortea Desit aquas.
 p, Non. de vest. v. sagum; Suet. Aug. 26; Caes. de bell. civ. I, 15.
 q, Cic. Phil. VIII, 11; Liv. Epit. 72 et 43, Platerc. II, 16.
 r, Tac. Germ. 14. — s, Plaut. Merc. V, 2.
 t, Juven. II, 400; Valer. I, 6, 11; Suet. Caes. 64.
 u, Liv. I, 26. — v, Plin. Hist. nat. XXXIII, 3.

Nec minus pontifices, augures, decemviri sacris
faciendis, quin etiam homines privati, ludos
facientes, togam praetextam gestabant.¹

Triumphantium toga picta sive palmata erat.²
Eadem utebatur praetor in ludis circensibus.³
Omnino magistratus, his ludis praesidentes,
triumphali habitu exornati fuisse videntur.⁴
Porro equites in transvectione⁵ toga palmata
vel trabea, a latis virgis, quae trahibus erant simili-
les, dicta⁶ induti erant.

Senatorum tunicis binae plagulae latae et
purpureae⁷ insutae erant, quae a summo per
medium pectus ad inum porrigebatur, voca-
banturque latus clavus. Equitum clavus angu-
stus

¹ Liv. XXXIV, 7; Cic. post red. in sen. 3; Lucret. X, 99.

² Cic. pro Sext. 69; in Pison. 4; Liv. XXVII, 39.

³ Mart. VII, 2. Dionysius Halic. (V, 47) οὐκ ἔστιν ἄλλοτερον οὐδὲ
ἀγνοῦσθαι τὴν καμὴν ἀπὸ τῆς τριφύλλου καμῆς.
ἐπιφύλλου ἀγνοῦσθαι τῆς καμῆς.

⁴ Lucret. X, 33. — b, cf. Weber ad Lucret. X, 36-46.

⁵ cf. Adam. Antiqu. Rom. Tom. I, p. 48. — d, cf. Geom. Theat. v. Trabea.

⁶ Var. de Ling. Lat. VIII, 47; Scaev. Hist. nat. XXXIII, 1.

⁷ Her. Sat. I, 6, 28; Ovid. Trist. IV, 10, 29.

stus erat.⁸ Unde illi laticlavii, hi angusticlavii
dicebantur, illorumque tunica laticlavica, ho-
rum angusticlavica. Augustus etiam filios se-
natorum, quo celerius reipublicae aduesce-
rent, ut, simulac togam virilem sumisissent,
latus clavum gestarent, curiaeque interessent,
permisit.⁹ Ceterum tamen haec difficile
probatu sit, etiam alios, qui nec senatores,
nec senatorum filii essent, interdum tuni-
cam laticlaviam gestasse.

Praeter togam palmatam triumphantes tuni-
cam quoque palmatam, quae, quia Iovis statua
in Capitolio eiusmodi tunica lecta erat, etiam
tunica Iovis appellabatur, induere solebant.¹⁰

Candidati, i. e. honorum petitores, togam can-
didam, ex qua ipsi dicti sunt, quaeque a falloni-
bus,

⁸ Patere. II, 33. — h, Suet. Aug. 38.

⁹ Lucret. X, 33. — n, Liv. X, 7, XXX, 13; Mart. VII, 1. Grae-
ci hanc tunicam appellarunt ἀγροκόρυον ἢ ἀγροκόρυον,
ut Salmas. ad Topica. Car. c. 20 docet.

bus, creta addita,^l candida sive splendida reddebatur, induebant.^m Neque enim valuit leae, nec cui album in vestimentum addere petitionis causa liceret.ⁿ Tunicae candidae, vel ab submissione viderentur, vel ab vulnere, adverso corpore accepta, ostendere possent, non gestabant.

Quemadmodum virorum antiquissima vestis erat toga, ita etiam mulierum;^o quae postea a meretricibus tantum et adulteris, unde appellabantur togatae, gestabatur.^p Matronae temporibus posterioribus utebantur stola, togae similis, cui, ad imos pedes demissae,^q insita, fasciola tenuissima sive limbus, subacta erat.^r Stolae, cum in publicum prodibant, pallam,

l, Pers. V, 174. — m, Pind. Hist. nat. III, 34. ad

n, Liv. II, 25. — o, Nov. de gen. vest. voc. toga.

p, Hor. Sat. I, 2, 32, Juven. II, 70, Mart. II, 39, II, 64, X, 52.

q, Tibull. I, 7, 74, Ovid. Art. am. I, 32.

r, Hor. Sat. I, 2, 29, cf. Schol. Crugw. ad h. l. et Senec. ad Ving. Gen. II, 616.

ad vestigia pertinentem, superinduebant.^s Viri Romano pallam vestem indecoram fuisse, ex Cicerone apparet.^t Ceterum brevioris quoque pallam, quae fortasse tunicae loco gestaretur, fuisse, Martialis docet.^u

Cyclas, quae et ipsa mulierum vestis erat, rotundi aliquid habuisse, aut ipsa rotunda fuisse videtur, unde nomen suum acceperit.^v

Praeterea mulieres etiam tunicam a pualam gestabant, sed harum tunica brachia tegebatur, eratque talaris, quae virum Romanum decebat.^w

Liberae rei publicae temporibus usitatus vestium muliebrium color albus erat, Terunt postea variorum colorum, aut mori, aut gustui suo obsequentes, vestes feminae gestabant.

s, Hor. Sat. I, 2, 99, Ving. Gen. I, 648, XI, 576, Varr. de Ling. ^{Pueri} Lib. II, 30: quod palam ab foris gerebatur.

t, Cic. Phil. III, 16. — u, Mart. I, 93, 8.

v, Juven. II, 259, Propert. II, 7, 36.

w, Juven. II, 448, Cic. in Verr. V, 13, Jell. III, 12.

Pueri ad septimum plerumque decimum aetatis
annum, et puellae, donec nubebant, toga praetextata
induebantur. Expleto illo tempore pueri togam
virilem accipiebant. Ceterum tamen, si scripto-
rum antiquorum locos, huc pertinentes, compa-
ramus, satis apparet, non eundem semper pueris
ad deponendam togam praetextatam annum con-
stitutum fuisse, sed tam parentum arbitrium,
quam puerorum indolem. Aliam in hac re
multum valuisse. Togae praetextatae usus pueris
cum ob alias causas, tum etiam ob eam concessus
fuisse videtur, ut summorum magistratum,
qui illam tanquam honoris signum gestarent,
similes fieri conarentur. Helicta igitur pue-
ritia, iuvenes togam virilem, quae etiam pura

g. ald. Manut. de toga Rom.

2, Liv. XXXIV, 7, Cic. in Terr. I, 44.

a, cf. Suet. Aug. 8, Cal. 10, Claud. 43, Ner. 7, Tac. Ann. XII, 41, XIII, 13.

b, Vid. Ernest. de disciplina privata Romanorum in
Opusc. Philol.

vel libera dicebatur, surrebant sive induebant. Haec
togae mutatio magnis caerimoniis celebrabatur.
Die tirocinii iuvenis, preces fundens, libationes
et thus cum bulla sua, laribus consecraret.
Quo facto, parentum eius consanguinei, clientes,
amici, in atrium congregati, gratulantes cum po-
stremum toga praetextata indutum, et matris com-
pleau in forum deducebant. Quo cum pervenerat,
ad praetoris sedem accedebat, et cuius manibus
togam virilem acceptam, eam praetextata, in-
duebat. Tum iuvenis a comitantibus, qui maia-
rum eius virtutes et gloriam extollebant,
ad Capitolium ducebatur, ubi, ad Iovis ^{aram} sacri-
ficiis votisque factis, iam in virorum nu-
merum receptus, potentis urbis populique
futuri commendabatur. Quibus caerimoniis

per
Cic. ad Att. V, 20, IX, 19, Quid. Frisk. II, 10, 28, Pers. V, 30.

b, Suet. Aug. XXXI, Cal. XVIII.

c, cf. Macrob. Saturn. II, 6, qui copiose de bulla disputavit.
f, Propert. II, 1, 132, Pers. V, 30.

g, cf. Meyer. ad Rom. antiqu. Rom. Tert. p. 144.

peractis, convivium, ubi munuscula inter praesentes distribuebantur, juvenis parentes instituebant.^h Imperatores plebi conium, quod congiarium dicebatur, dare solebant.ⁱ Ex tirocinii inde (sic) iuvenes, qui iam tirones appellabantur, oratori, primum locum in civitate tenenti, ut eius usum scientiam suam augerent, operam dabant.ⁿ

Simul cum toga pura tironi, sicut novae nuptae, tunica recta sive regilla induebatur.^l

Lugentes Romani toga pulla sive atra, unde pullati vel atrati dicebantur, induti erant.^m Pullati tamen etiam ii, qui lacernam aut vestem tri-

^h, Plin. Epist. IX, 117.

ⁱ, Tac. Ann. III, 29; Suet. Tib. 54.

ⁿ, cf. Dialogus de orator. ^{c. 34} qui vulgo aut tacito aut Quintilianam describitur; Cic. de amic. 1.

^l, Plin. Hist. nat. VIII, 48; Festus: Rectae, inquit, appellantur vestimenta virilia, quae patres liberis suis conficienda curant omnino causa; ita usurpata, quod a stantibus et in altitudinem laevantur.

^m, Suet. Aug. 44; Lucret. III, 213; Cic. Tull. 12.

tam et (discissam) gestabant, appellabantur. In spectaculis publicis, in convivis, diebus festis atque in sacrificiis Romani aut nunquam, aut rarissime vestes lugubres gestabant.^o

Mulierum vestes lugubres dicebantur ricinia, quorum, quia leges duodecim tabularum eorum numerum tribus heminarunt, plura simul, ut fortasse virorum defunctorum rogis quaedam iniicerent, gestasse videntur.^p

Servorum vestis erat, ut pauperiorum ea populo, tunica arata, quae ex aris vel (diphthera) appellabatur, pulloque erat colore, aut lacerna.^q A pullo vestium colore et ipsi pullati vocabantur, atque a crepidis, quibus utebantur, crepidati. In senatu, Seneca nobis narrat, sextertiam

ⁿ, Suet. Aug. 40; Plin. Epist. VIII, 17.

^o, Hor. Sat. II, 2, 60; Ovid. Fast. I, 79; Pers. II, 40; Mart. II, 2. Cic. Tull. 12.

^p, Cic. de Legg. II, 23.

^q, Gell. II, 12; Lucret. III, 170; Plaut. Amphib. I, 1, 213; Hor. Sat. II, 7, 54.

^r, Senec. de Clem. I, 24.

aliquando esse dictam, ab servos a liberis cultus dis-
tingueret. Deinde vero apparuisse, quantum pericu-
lum immineret, si servi numerum suum cogno-
vissent.

Testes sericae sive bombycinae ad finem usque libe-
rae rei publicae Romanis ignotae erant. Sed
apud scriptores, qui post illud tempus vixerunt,
saepius earum fit mentio. ^u Viris tamen sericarum
vestium usus interdixtus erat. ^b Heliogabalus
primus vestem holosericam gestasse videtur.

Caput Romani, id quod ex antiquis numisma-
tibus et statuis colligi potest, ^{in urbe} tegere non sole-
bant, nisi quod intendunt tantum ad arcendum
calorem aut ventum togae laciniarum vel
laccinae cucullarum in illud reiciebant. In
itinere autem et bello, atque etiam in specta-
culis capitis tegumentis utebantur. Nec minus
in omnibus, praeterquam in laturnis, ^{cum}
^u Virg. Georg. II, 121; Hor. Epod. VIII, 15; Suet. Cal. 52;
Mart. III, 32 et saepius. - ^b Tac. Ann. II, 33.

cum dei caput operum fingerent, numinis imi-
tatio videretur, caerimoniis sacris, ^u in pericu-
lis magnis et subitis, ^v in moerore et despera-
tione ^{as} caput obolvebant. In ludis publicis et
festis, sicut homines senectate confecti et
aegroti, ^g pileo lanco utebantur. ^z Inter facien-
tes galerum, pileum rotundum, in galeae mo-
dum de pelle factum, vel petasum, galero si-
mitem, quem, ut contra calorem se defende-
rent, in theatro quoque gestari Caligula permi-
sit, capiti imponebant. ^a

Mulierum capitis ornamenta antiquissimis
temporibus erant simplicissima. In publicum
ab initio, nisi facie et capite obvoluto, non prodie-
bant. Cum vero auctis divitiis luxuria incre-
brisset, plurimum operae vestitui et corporis

^u, Serv. ad Virg. Aen. III, 405.
^v, Plaut. Mostell. II, 1, 77.
^a, Hor. Sat. II, 3, 37; Suet. Caes. 32; Liv. I, 26.
^g, Ovid. Art. Am. I, 733.
^z, Hor. Ep. I, 13, 15; Mart. XI, 7; XIV, 1; Suet. Ner. 57; Senec. Ep. 18.
^a, Virg. Aen. VII, 688; Suet. Aug. 32; Cic. ad Div. XV, 17.

ornamentis impendebant, ut ornatus cultusque earum mundus muliebris appellaretur.^b

Præcipuum mulierum prædicarum capitis tegumentum vel ornamentum erant vittæ albæ,^c quas duplicis generis, virginales et maritales, fuisse, facile ex Propertio^d apparet.

Mitæ sive mitellæ a feminis impudicis tantummodo atque a viris effeminatis usurpabantur.^e

Crura et femora Romani obvolvebant fasciis, quas a partibus tectis tibialia et femoralia sive femoralia, i. e. tibiæ et femorum tegumenta, dicebantur.^f Mulierum ornamenta circa crura appellabant periscelides.^g

Pedum tegumenta apud Romanos erant varia, quorum præcipue duo genera in usu erant, calcei et soleæ.

^b Liv. XXXIV, 7.

^c Ovid. Art. Am. I, 31; Kern. Ann. 386; Metam. V, 110; XIII, 642.

^d Propert. IV, 11, 34 et IV, 3, 16.

^e Juven. III, 63; Cic. de Resp. Har. 21; pro Rabir. Post. 10.

^f Lucr. Aug. 82. — ^g Flor. Epist. I, 14, 56.

Cal-

Calcei (σποδύματα), totum pedem tegentes et nostris pedum indumentis similes, superne corrigiis sive loris ligabantur.^h Qui magistratum curulem ceperant, i. e. consules, prætores, ædiles curules, eorum calcei dicebantur mullei,ⁱ quibus primos Albanorum reges, deinde patricios usos esse Festus narrat. Calcei semper cum toga in urbe gestabantur.^m Quocirca iter facturi, calceis eautis, soleas in pedes inducebant.^l Senatorum calcei, in quorum extrema parte lunula, i. e. C litera,ⁿ aurea vel argentea erat, media crura attingebant.^o Virorum calcei plerumque nigri erant, interdum tamen etiam purpurei vel rubri,^p et auro, argento vel lapidibus pretiosis ornati.^q Feminarum plerumque albi,^r interdum rubri, purpurei vel lutei,^r quibus

^h Cic. de Divin. II, 40; Mart. II, 29.

ⁱ M. Pers. Sat. Orig. lib. VII.

^m Plin. Epist. III, 3; Lucr. Aug. 73.

^l Cic. Mil. 10. — ⁿ Juven. VII, 192; Mart. I, 50.

^o Flor. Sat. I, 6, 27 et Sat. pr. ad h. l.

^p Mart. II, 29, 8.

^q Plaut. Bacch. II, 3, 97; Plin. Hist. nat. XXXVII, 2.

^r Ovid. Art. Am. III, 271.

^r Pers. V, 169; Catull. LXXI, 9.

quibus nonnunquam margaritas ediderant.¹ Ali-
quando calciorum, qui inde repandi dicebantur, ex-
trema pars recurva erat.²

Soleae (oxalura), quas etiam crepidas vel crepi-
dulas nominabant, pedum plantas tantum lege-
bant, et loris vinciebantur,³ quare Ovidius eas vin-
cula appellat.⁴ Viri (omni tantummodo et in ite-
neribus, ut iam supra monuimus, atque in con-
vivio,⁵ ubi tamen inter ipsam coenam, ne straga-
la lecti, in quo recumbebant, luto inquinarentur,
eas deponebant, soleas solebant gestare. Mulieres
soleatae etiam in publicum procedebant,⁶ quod qui
viri faciebant, effeminati habebantur.⁷ Pauperio-
res ex populo interdum soleas ligneas, quales
parvicii damnatis induebantur, gestabant.⁸ His
similes erant sculponeae, rusticorum calceame-
num genus.⁹ Antiquorum Latii incolarum calcea-

¹ Plin. Hist. nat. IX, 38. — ² Cic. de Nat. Deor. I, 29. — ³ m. p. l. h. u. s. Soleae (dicke), quod solo pedis subiiciantur. Cf. Gall. XIII, 21.
⁴ Ovid. Fast. II, 324. — ⁵ Paul. Frac. II, 4, 13; Hor. Sat. II, 8, 74; Epist. I, 13, 15. — ⁶ Mart. III, 50. — ⁷ Paul. Frac. II, 3, 1.
⁸ Cic. de Harusp. resp. 21; in Terr. V, 33; Suet. Cal. 52.
⁹ Cic. de Invent. II, 50; Suet. ad Herenn. I, 13.
¹⁰ Cato de Re rust. c. 59.

menta, ad arcenda frigora et imbres ea corio crudo fa-
cta, dicebantur perones;¹⁰ militum Romanorum
caligae, quae interdum laeis suffixae erant.¹¹

Histrionum pedum tegumenta (dicta esse in
tragedia colthurnos, in comedia soccos, satis notum).
Attamen constat, etiam alios, qui histriones non es-
sent, tam viros, quam feminas, soccis et colthurnis
usos esse. Secundum Servium colthurni proprie
erant calceamenta senatoria, crura quoque vin-
cientia. — Udoneo calceamenta erant, ea hispanis
pilis contexta.¹²

Denique tam graecos, quam Romanos mani-
cas quoque, i. e. manuum tegumenta, vel digitalia
(dāxovētygas) usurpasse, quam rem imprimis Ca-
seubanus negavit,¹³ Xenophon,¹⁴ Plinius,¹⁵ Varro,¹⁶ alii
probant.

¹⁰ Virg. Aen. VII, 670. — ¹¹ Juven. XVI, 24.
¹² Cic. pro Rabir. Post. 10; de Orat. III, 125; Suet. Cal. 52;
Virg. Aen. VIII, 32; Juven. VI, 505.
¹³ Sen. ad Virg. Aen. I, 341. — ¹⁴ Mart. XIV, 140.
¹⁵ in Athen. XII, 2.
¹⁶ i, Cyropaeo VIII, 3, 17. — ¹⁷ Cic. Epist. III, 5. — ¹⁸ Cic. de Re rust. I, 55.

